



**Rvperti Ab-||batis Tvitiensis, Svmmi Disertissi=||miq[ue]
Theologi, sacris du[n]taxat literis omnia probantis, in XII.
prophetas mino-||res, Commentariorum Libri XXXII**

Rupert <von Deutz>

[Köln], M. D. XXVII.

VD16 B 3835

Rvperti Abbatis Tvitiensis In Malachiam Prophetam Commentariorvm Liber
Vnicvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71859](#)

IN MALACH PROPHE CA. I. FO. CXXXVI.

PROLOGVS IN MALACHIAM

PROPHE TAM.

Malachiam,
Esdram cici

Iudicium
Malach. j.

Eldr. p

Inuocatio.

duodecim

ad

COMMENTARIVPER ABBA LIB

debuit, deo obtulit, sed non recte diuisit, quia rem suam offerēs, semetipsum sibi retinuit, cor
suum deo nō praebevit. Secundū fuit, qđ fratri recte offerenti, & recte diuidenti inuidit. Tertiū,
quod dolose egit, dicens: Egregiamur, fratres. Quartum, quod interfecit. Quintum, quod
procaciter negavit, dicens: Nelcio. Nunquid custos fratris mei sum ego? Sextum, quod des-
peravit, maior est iniquitas mea, qđ ut ueniam merear. Septimū, quod nec clama-
tus peccantia egit: sed usq; in finem cor impenitentis habuit. ¶ Lamech, qui occidi illum,
se & illum pulchre discernit, dū reatum suū confites, & dices: Occidi uirū iu uulnus meū, &
adolescentulum in liuorem meū, eundem Cain & uirum propter ætatem, & adolescentulum
nominans ppter stultitiam protinus dicit: Septies ultio dabatur de Cain, de Lamech uero se-
ptuages septies. Quod est dicere: Cain sicut peccatum perpetuum, & incorrigibile fuit, ita po-
ena interminabilis erit secundū significationē numeri septenarij, qui insolubilis ē, & prater uni-
tates in alias partes æquas nō p̄t diuidi. Lamech uero sicut peccatum terminabile est siueres
missibile, cōfitetur em in occidendo uulnus suū, & agnoscit liuorem suū, ita & pena solubi-
lis erit secundū significationē numeri septuagesimi septimi qui solubilis est, quia prater uni-
tates etiā in alias diuidit æquas partes. Habet em septies undecim, undecies septē. Porro dīs
dixerat: qui occiderit Cain septuplū punietur. Quod ne cōtrariū putetur ei qđ dicitur: Et de
Lamech uero se- septuages septies. Sciendū est, quia & hic ubi dñs dicit: Septuplū punietur, et
alias, ubi cunq; loquitur qui hoc uel illud fecerit, morte moriat, subaudire oportet, nisi penitē-
tiam egerit. Hoc aut̄ hic subaudiri nō ualeat, ubi dixit Lamech, septies ultio dabatur de Cain,
quia cū hæc diceret, iam tunc occisus Cain penitentia tēpus perdidit. ¶ Igitur onus uero
bi dñi super Israhel in manu Malachijæ, i. grauiissimū iudicium uerbi dñi sup conceptores eius
Iudeos continet in hoc opere, in hac scriptuta Malachijæ, qđ interpretat angelus nescius. Est
em angelus, i. nuncius dñi. Sciendumq; qđ postq; abductus est in captivitate Israhel, i. dece-
tribus indifferentur pristino nomine, & duæ tribus Iudas & Benjamin appellantur Israhel.
¶ Dilexi uos dicit dñs. Et dixisti: In quo dilexisti nos? Nonne frater erat Elau
Jacob dicit dominus, & dilexi Jacob. Elau odio habui. IScientibus uel scire nolēti-
bus ueritatē, perspicuū est qđ uere Iacob, & genu eius dilexerit dñs. Etenim ista dilectio quā
dicit: & dilexi Iacob, Elau aut̄ odio habui, de fructu suo cognoscitur. Quid multa comemo-
rem? De genere eius Christū nasci, fecit dilectio dñi. Cum fuisset Elau primogenitus, non
illi, sed iuniori benedictionē istā cupiuit. Seruant tibi populi, & adorēte tribus. Esto dñs fra-
trum tuorum, & incuruent ante te filii matris tuae: Qui maledixerit tibi, sit ille male dictus, & qđ
benedixerit tibi, benedictōibus repleat. Benedictio hæc in Christo completerur. Qui nesciat
etiā Prophetas, & sanctos uel iustos in numeros de illo genere progenitos, & in hoc appare-
re fructū dilectiōis qua dilexit Iacob? Ego sum, ait ipse apud aliu, p̄phetā, qđ ascēdere uos fecit
de terra Aegypti, & eduxi uos in deserto quadraginta annis, ut possideretis terrā Amorreū,
& suscitauit de filiis uestris Prophetas, & de iuuenib; uestris Nazarēos. Nonne hic ē multus
dilectionis fructus, multitudo Prophetarū, exercitus Nazarēorū, i. sanctorū, & ipse Christus
sanctus sanctorū? Ap̄plus hoc nescire nos nō uult, dicens: quod eoz adoptio est filiorū, & glo-
ria & testamentū & legislatio, & obsequiū & promissa, quo patres ex qbus Christus secu-
dum carnē, qui est super omnia deus benedictus in secula, Amen. ¶ Si istis cōparestis, qui de
Esaū natū sunt, & hereditatē eius quā in hoc seculo potens hereditatē autem. Nonne haereditas eius
ueraciter solitudo sive desertū, & geminata eius dracones deserti sunt? Bñ ergo prius dicit
¶ Et posui Seīr montes eius in solitudinē, & hereditatē eius in dracones deserti. Nam ut secundū literā ita factū fuerit, notū nō habemus à scripturis, uidelicet, qđ lumen
sic destruēta fuerit, ut montes eius in solitudinē sempiternā, & hereditas in dracones deser-
ti redicta sit. Vnde & loquitur adhuc. ¶ Quod si dixerit Idumea, destruci sumus, sedre
uertentes edificabimus, quē deserta sunt. Hec dicit dominus exercitum: Illigili
sic abūt, & ego destruam, & vocabuntur termini impietatis, & populus cui uiramus
est dominus usq; in eternū, & oculi vestri videbunt, & vos dicens, magnificetur
dominus super terminum Israhel. Sicut iam dictū est, hoc ex scripturis, ut literatione
factū esse cōprobari nō p̄t, sed secundū spiritū uece est, secundū spirituale ḡram manifesta est, ga-
mificatus est sup terminū Israhel, & in cōparationē magnificētū eius, quā supra dīs

Peccatum La-
mech remissi-
bile

Malachias

Israhel.

Deus dilexit
Iacob.
Gene. 27

Amos. 2.

Rom. 9

Deus non sic
dilexit Elau.

IN MALACH. PROP. CAP. I. FO. CCXXXVII.

mus, & Idumaea & omnis terrenitas cœlesti gratia, in qua dilectus est Jacob contraria, destruenda & destruenda est. Et isti (aut dñs) adificabut & ego destruā, & vocabunt tertiini impietas & ppflis cui iatus est dñs usq; in æternū. ¶ Vix hæc oia quæ iam diximus spiritualibus In gratiæ Deo
na Jacob, & generi eius collata, carnibus ludæis, cora quos hæc ppfecta texit, pñhilo
sunt, & peccater dicunt, in quo dilexisti nos? Nimirum sicut Psalmista loquitur: & in iracundia Psalm. 34.
terre loquètes dolos cogitabat, irati sunt & irascunt propter terræ quam pdiderunt, & de qua in
cœs gentes captiui abducti sunt, nec reputant sibi ob suu hoc etenisse peccatum, ut cōsistentes
culpæ, cum uenia cœlestē recipiat grām, sed in iracundia dicunt. In quo dilexisti nos? Quod
est dicere: Falsum ē, nō dilexisti nos. Et dñs deinde loquitur. L Filius honorat patrem, & ser-
uus dominum suum. Si ergo pater ego sum ibi est honoratus, & si dominus ego
sum, ubi est tuus meus? Oportuna plane cōmemoratio cōtra illos qui patrī dicēti dilexi
uos, tanq; procaciter obiecerunt, in quo dilexisti nos? Est ergo sensus: Flagellante patre ho-
norat filius, recipiendo disciplinā eius. Ego flagellauis flagellatōe, quali pater filios flagel-
lare cōsuevit, quæadmodū Sapientia dicit: flagellat autem filium quem recipit. Flagellatio hæc est
temporalia quia in hoc seculo flagellamini, à Romanis excidiū passi, & ubiq; terraq; captiui.
Disciplinā hanc uos obiçitis, nec me honoratis, ut treuū confiteamini, & penitentia agatis.
Ergo filii nō estis, ergo adulteri & nō filii estis, quia extra disciplinā estis, animo rebelli, odio
crudeli, item seruus honorat dñm suū, timendo cōminantem illum. Ergo quoniam non estis
filii, quoniam disciplinam abiçitis, id est propter temporalē afflictionem non resipiscitis,
tanq; seruus cōminor uobis poenam sempiternam, gehennam ignis, nec saltē propter hoc time-
tes poenitemini. Ergo nec saltem seruī estis. Nō filii, sed adulteri, non seruī sed inimici estis.
L Bicit dominus exercituum ad vos o sacerdotes, qui despiciatis nōmē meum. Et
dixistis In quo despicerim⁹ nōmē tuum? Offertis super altare meum panem pollutum. L
Dominus exercituum, cuius nomen sacerdotes ludorum hodie despiciunt, unde & dicit, qui
despicitis nōmē meum, dñs deus est pater omnipotēs, cuius nomen est ut inuocamus, deus
& pater dñi nostri Iesu Christi, illi despiciunt. Procaciter interrogatib⁹ illis, in quo despici-
mis nōmē tuum? offertis aī super altare meum panem pollutum. Vere ex quo in festiū
tate azymo, interfecisti Christi, ex eo ò uos ludæi offertis panem pollutū. Extunc omnis
quem offertis, panis uester pollutus est, omne qđ offertis, nō sacrificiū, sed sacrilegiū: omne
(inquit) qđ offertis, pollutū & immundū est. L Et dicitis in quo polluitis te? In eo qđ
dicatis: Mensa domini despacta est. Quæ est hodie mensa dñi, nisi sacramentū corpo Mensa dñi sa-
ris & sanguinis dñi, sacrificiū panis & uini? Nimirum talis mensa domini uobis dñi Iudæi despice criticiū cor-
de et quia non sunt ibi carnes taurorum, & sanguis uitorum & cætera huiusmodi. Propter poris & sans
per hoc despacta est uobis illa, quæ veraciter dicitur & est mensa domini, quia tauri nō sunt sanguis Christi.
ibī nō est hircus, aut uitulus illuc, quis aut columba, siue turtur non sacrificatur ibi. Sed dico,
L Si offeratis cæcum ad immolandum, nōne malum ē? Et si offeratis claudū & lan-
guidū, nōne malum ē? Offer illud duci tuo, si placuerit ei, aut si suscepit faciē tuā
dicti dñs exercitū. Sine dubio cæcū, claudū, & languidū ad immolandū offerre, si uos Leuit. 22
interrogem an malū sit, respondetis, malum est, non solū, quia ratio p̄ræsto est, ueretia quia
lex prohibet. Est aut cæcū, claudū, & languidū omne qđ brutū est in cōparatōe hominis, qui
rationalis est. Quanto magis in cōparatōe Christi, qui & homo & deus est, q̄ dei uirtus & de-
sapia est. Male ergo dicitis, mēsa domini despacta est. Mensam illā despiciētes, in qua sacri- 1. Corint. 10
ficiū corpus & sanguis Christi est. Potius uestrū sacrificiū despicibile ē, quia sicut iā dictū ē
cæcū, claudū & languidū est. Istud aut sacrificiū, qđ despiciens in mensa domini, propter exi-
guitatē eius, qđ uidet panis & uini, & uidet & bene graditur, & sanū est. Offer (inquit) illud, of-
fer cæcū, claudū, & languidū duci tuo, & experire si placuerit ei, aut si suscepit faciē tuam,
dicit dominus exercitū. Nimirum nō placebit, nō suscipiet illud, iñdū iniuriam sibi faciat re-
putabit. Quare profecto quia cum haberis in promptu, & offerre possis illud quod & uis-
der, & bene graditur, & sanum est, illud obtulisti quod cæcum, & claudum, quod langu-
idum ē. Sic profecto cum in promptu sit, quod possis offerre sacrificium ualens ad remissio-
nem peccatorum, scilicet, Christi corpus & sanguinem uerū, iniuriam mihi facis offerendo
pecus brutū, dicit dñs exercitū. L Et nūc deprecamini uultum domini, ut miserear ue-

Proter. 3
Hebr. 12.

Iudæi nec filii
nec serui, sed
inimici dei
sunt.

Quod despici-
unt Iudæi no-
men dei

Leuit. 22

stri, de

COMMENTA RUPER ABBAI LIB I

stri, de manu enim uestra factum est hoc, si quod suscipiat facies uestras, dicit dominus exercituum. Acto. 2.

Mat. 27. Hoc est, quod & Petrus in Actibus Apolorum dixit eis: Viri Israhelites audite uera haec; Iesum Nazarenum uirum approbatum in uobis, & cetera uisq[ue] p[ro]cenfetia agite, & salvamini a generatio[n]e ista prava. De manu enim (inquit) uestra factum est hoc, uidelicet quod non solim[us] et[er]nus cum uel claudit aut languidum: uegetia latrone seditionis, & homicidio obtulistris, ga Barraban propter honorem dicti festi uitae donastis; Iesum uero authorum uitiae interfecisti. Depcamini uel

tum domini, ut miserearis uestris. Quis est in uobis qui claudat ostia? et incedat altare meum gratuito? Elohim est mihi voluntas in uobis dicit dominus exercituum, et munus non suscipiat de manu vestra. Ab ortu enim solis usque ad occasum, magnus est nomen meum in genibus

dicit dominus exercituum, et in omni loco sacrificatur et offertur nominis meo oblationem magna, quod magnum nomen meum in genibus dicit dominus exercituum, et vos polluitis illud

in eo quod dicitis, mensa domini contaminata est, et quod supponitur contemptibile est cum ignis qui illud devorat, et dicitis: ecce de labore, et exufflastis illud dicit dominus exercituum. Manifestissima de reprobatione sacerdotum iudaicorum prophetia est, cum exprobatione auctoritate cum dicit. Quis est in uobis qui claudat ostia, et incedat altare meum gratuito? Omnis (inquit)

lucrificat facitis, et ne illud quodem quod exiguum est, ut est ostia claudere, ignis altaris incendere, fumus aspergere, gratuito facitis, ad mercede[m] tamen semper habentes, uacui a dilectione dei. Non est mihi (inquit)

uoluntas in uobis, immo sicut per alium prophetam dixi: Nunquam quaevis hunc de manib[us] uestris. Holocausta arietum, et ad ipsos pinguis, et sanguine uitulorum, et agnorum, et hircorum, non uolui. Ita per alium

prophetam dixit. Holocaustomata uestra, addite uictimas uestris, et comedite carnes, quan-

sum locutus cum patribus uestris, et non praecipi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de uerbo holocaustomati et uictimarum, sed hoc uerbū precepit eis, dicens: Audite vocem meam, et am-

bulate in omni via qua mādaui uebris. Quāto magis nūc minus suscipiam de manu uestra, quoniam manus uestræ plenæ sunt sanguine; Planè non suscipiā, immo auertā oculos meos a uebris. In-

censum uestrum abominatio est mihi. Neomenia et sabbatum, et festivitatem alias non feram, nisi

qui sunt cætus uestris. Calendas uestras et solennitates uestras odit uita mea. Facta sunt mihi molestia. Laborauimus sustinēs, subaudiens per annos quadraginta duos. Vix tardius sustinere possumus, et differre quod oportebat fieri. sed ut Romani uenirent, et tollerent uermum et locum et gemitum. Nō satis-

cipiā munus uestrum: sed et reiecto meūris uiri nullū ferit noi meo dānum. Ab ortu enim solis usque ad occasum magnus est nomen meum in genibus, et in omni loco sacrificatur et offert nomen meo obla-

tio māda. Nō enim solus Hierosolymis mihi est locus ubi oporteat adorare, sed in omni loco ueritadore adorabunt patres in spiritu et ueritate. Et offerunt noi meo oblationem māda, ob-

lationem panis et uini, sacrificium corporis et sanguinis redemptoris sui. Hec oblatio sic est māda, ut exterius nullū habeat crux horrorem. Et interius hue inuisibilis mādet cruentā ope-

cati pollutionē. Itaque in genibus talē oblationē offeruntur, magnus est nomen meum: uos autem quodam meus populus peculiaris polluitis illud, et cōp[er]le illud. Populus quem non cognovit ferunt mihi, in auditu auris obedivit mihi: Filii alieni mentiti sunt mihi, filii alieni inuerterati sunt, et claudicauerūt a seminis suis. In eo polluitis nomen meum, quod cum sit oblatio māda, et emidans oīa delicta. Vos dicitis, mensa domini contaminata est, et quod supponit contemptibile est, cum ignis illud devorat, uidelicet quia in commemoratione fit passiois et mortis domini, quem uos occidistis, cuius signaculo crucis, in qua uos illū suspeditis. Vnde et ipsum signaculum execramini, et torquemini conscientia crudeli, dicitis in cordibus uestris, contaminata esse ista quam dicitur mensa domini, et quod superponit contemptibile esse dicitur, nimis quia non carnes eiusmodi, quales offerre uos comedete co-

sueuistis, addentes, ut per alium prophetam dicitur est, holocaustomata uestra uictimis uestris. Similiter cum dicitur uebris: ignis huius mensæ domini, ignis esse inuisibilis, ignis spūs sancti, contemptibile hoc est uebris, quia non apparet inuisibiliter, nec devorat sacrificium corporeum ignis. Et dicitur: Ecce de la-

bore, Dixistis inquit hoc, et dicitis in cordibus uestris, quia totū ministerium mensæ domini, quod celebratur in genibus, cum sit (ut iam dicitur est) cōmemoratio passiois domini, magnus labor, magnus est orname-

tū conscientiae uestræ. Proinde exufflastis, i.e. blasphematis illud nequissimo statu magne iniuria, magna iracudia. Nescio quō ex libro Esdra possit intelligi, quod secundum hanc litterā uerius

de Babylone populus, minorē putauerit esse cultū religiōis, quam ornatus templi deerat, et quod superponeret, idcirco esse pollutum, quoniā altare tantum fortuitis et impolitis lapidibus erat extenuatum,

In quos haec
prophetia scri-
pta est

IN MALACH. PROP. CAP. I. Fo. CCXXXVIII.

absq; templo, absq; urbis ædificijs, absq; extreptione murorū, & qđ ppter paupertatē mūraturāt atq; inviti offerētes dixerūt. Ecce de labore, Nāibitaliter scriptū est, q; sp̄te ob; tulerūt in domū dñi ad extruendā eā in loco suo, & scdm uires suas dederūt, & q; a cōgregatus est populus quasi uir unus, & edificauerūt altare dei Israhel, ut offerēt in eo holocausto mata, sicut scriptū est in lege Moysi uiri dei, & q; cōcinebat in hymnis & cōfessiōe dñō quoniam bonus, quoniam in æternū mischia eius: omnis quoq; populus uociferabatur clamore magno laudādo dominū. Num ergo illius téporis Iudei tali fuerūt digni exprobratiōes?

Sed uos dū sacerdotes, & pōtifices téporis pessimi, qbus iuxta prophetā aliuj. V; q; separati fuistis in diem malū, & appropinquatis solio iniquitatis, uos (iniquā) sermo Amos. 6. iste puit, q; sermo propheticus est, & enūciabat de futuris, dū hæc loqueretur iste angel⁹ iste nūcū dñi. Proinde audiamus quid adhuc dicat. *L* Et intulisti de rapinis claudū, & languidū & intulisti munus. M̄nqid suscipiā illud de manu vestra dicit dñs exercitū. Maledictus dolosus qui habet in grege suo masculū, & uotum faciēs immolat debile domino, quia rex magnus ego, dicit dominus exercitū, & nomē meum terribile in gentibus. Et nunc ad vos mandatum hoc o sacerdotes. Si no CAP. II.

Inueritis audire, & si nolueritis ponere super cor, vt detis gloriam nomini meo (ait dominus exercitū, m̄trā in vobis cōestate, & maledicā benedictiōibus vestris) maledicā illis quoniam non posuistis super cor. Ecce ego proiecī vobis brachiū, & dispergā sup vultū vestrum stercus solennitatum vestrarū & assūmet vos secum. Ad uos (inquit) mandatū dū sacerdotes qui dormū patris, quæ debuit esse domus orationis, fecistis speluncam latronū, & inde, id est de latrociniō uestro, de rapinis quas de populo rapiebatis, boues, & oves, & columbas & cāterā, quæ oblata erant, uendendo his qui de longe uenerant & qđ offerrent nō habebāt, ad uos (iniquā) mandatū hoc. Quia sic faciō profecto intulisti de rapinis claudū & languidū, id est intulisti munus omni cōceptu

dignū, nāqd suscipiā illud de manu uestra dicit dñs. Imō dicam, Maledictus dolosus q; habet in grege suo masculū, & uotū faciens debile immolat dñ. Quis est q; habet masculū in Maledicti sa, cōdōces lū, dñorū. gregi suo, & debile offert, & debile immolat domino, nī uos dū sacerdotes ludac̄e p̄fidiae qui habetis Christū incarnatū iam de genere uestro, et adhuc brutū pecus cōtendit offert. Hebr. 9.

re domino. Maledicti estis dōloſi, qui illū uenisse sc̄tētes, uos sc̄re dissimulatis, q; iā uenire, & non qualēcūq; claudū, aut languidū, nō qualecūq; debile, qđ est omne pecus brutū Psalm. 49 peccati, & deinde nūq; masculū illum pro honore quasi domini, secundū cōsuetudinē diei festi, & deinde nūq; masculū illum gregis electi, dominū offerre uoluitis, potius brutū

peccati, & deinde nūq; placeat illi, quasi carnes tauroū manducare & sanguinē hircorū posse uelit. Bene est quod ip̄e rex magnus dominus exercitū nomen suū terrible faciens in tare uelit. Bene est quod ip̄e rex magnus dominus exercitū nomen suū terrible faciens in ḡtibus quoniam noluitis audire, quoniam noluitis ponere super cor ueritatē, sed opposuitis claritati eius p̄fidiae uelamen, & non dedistis nomini eius gloriā & honore, misit in uobis Elai. 5. neq; gefatē, mādando nubibus suis, ne pluant super uos imbrēm, sicut nunc paret, quia neq; propheticam neq; quamlibet aliam habetis gratiam cōcelestē, & maledixit benedictionis duplex cōtrītio Iudei orū. Hier. 7. bus uestris, & iterum maledixit illis, id est, iuxta prophetā aliū dupli cōtritione uos cōtrītū, ut nō solū Romanū tollerēt uestrū & locū & gentē, uerū etiam maligni spiritus animaū

afferrēt, iuxta illud Psalmistæ ueriloquiu. Tradetur in manus gladij, partes vulpiū erūt. Bene omnino proiecī uo (iniquā) & iustæ maledixit benedictionibus uestris, qm̄ uos benedictionibus eius maledicere uoluitis, & maledixit quantū potuitis. Nā q; sp̄us sanctus, qui est ipsa benedictio patrocinij legis dicentis, q; maledictus est à deo qui pendet in ligno, & dānatione patibuli Psalm. 17. Deut. 24. dñi, dixerat in Psalmos. Benedictus qui uenturus est in noīe dñi, uos assūmp̄tis quasi maledictū uoluitis facere illū, q; uenerat benedictus in noīe dñi. Bene omnino proiecī uo bis brachiū, & dispergā sup vultū uestrū stercus solēnitatū uestrarū, & assūmet uos (air) ster̄cus illud secum. Nam quia brachiū, id est, armenū dextrū bruti pecoris, qđ ex lege uobis fieri, secundā ceremonias legis solum habere uoluitis, & fortissimū brachiū domini Christi filii dei iacebitis & contemptui habuistis. Recte brachiū eiusmōi uobis tāq; canibus proiecī, ne saltē intuisin Hierosolymis porrigeretur uobis, sed foris piectū uix assequi & rode re possitis

COMMENTA RUPER: ABBA LIB I

re possitis captivi atq; dispersi, nō solēnitates meas sed uestrāz solēnitatū stercus circūferētes, qd & uos ita secū assumpti, ut sitis possesso uel portio stercoris, nō habētes portionē in terra solēnitatis dñi. Et scieris, qm nisi ad vos mādatū istud, vt esset pacū meū cum Leui dicit dñs exercitū. Pactū meū fuit cū eo uite & pacis, & dedi ei timorē, tū miti me, & a facie nominis mei pauvebat. Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas nō est inuēta in labijs eius. In pace & in equitate ambulauit meū, & multos auerterit ab iniquitate. Labia sacerdotis custodiūt scientiā, & legē requiret ex ore eius, q; angelus dñi exercitū est. Elos aut recessistis de via, & scādalizastis plurimos in lege. Irritū fecistis pacū Leui, dicit dñs exercitū. Quorsum ista cōmemoratio Leui tā bona? Nimirū ut sacerdotes q; culpa oīno degenerasse demōstret à fide uel iustitia paterna, nec ad p̄fētū ptinere filioꝝ uituperationē, nec filiis utiq; malis, cōmunē esse paternę iustitiā laudē. Ac si dicat: Quoniā ostia mea claudit̄, & altare meū incēdit̄, decias a populo suscipiētes, hæreditatio iure scđm carnē filij Leui, putatis uos mihi esse sicut fuit Leui sicut fuerūt Moyses & Aaron & Phineas, & cæteri tempore illorū hoīes sive sacerdozes, uestiri maiores de tribu Leui, q; si nō aliunde mihi placuerint, nisi ex eo, qd uos tractatis, mīnisterio crūti sacrificij. Nō ita est & Scieris & experimēto discessis, q; mis̄ ad uos mandatū istud ut esset pacū meū cū Leui. Cuiusmōi pacū? Vt iq; nō pacū ostia claudēt̄ & altare incēdēt̄, mactādi pecora & māducādi carnes, sed pacū uita & pacis, & hoc pacū meū cū eo fuit. Quomō fuit? Dedi ei timorē & timuit me, à facie noīs mei pauvebat. Lex veritatis erat in ore eius, & iniquitas nō est inuēta in labijs eius. In pace & in æquitate ambulauit meū, & multos auerterit ab iniquitate. Hæc oīa sacerdotalia sunt, q; uos nō haberis. Ergo sacerdotes nō estis. Labia sacerdotis custodiūt scientiā, & legē requiret ex ore eius, q; angelus dñi exercitū est. Vesta aut labia nō custodiūt scientiā, nō est lex in ore uero, quā annūcare est angelicū officiū implere, imò recessistis de via, que ē dei sciētia, et scādalizastis plurimos in lege. Etem sicut per alia prophetā dīctū est, laqueus iuueniū os uos. Ergo sacerdotes nō estis. Irritū fecistis pacū Leui, irritū (inqua) nō ipsi Leui, sed uobis meti p̄is, ut nihil uobis proposito scđm carnē filios Leui. Scire debemus q; si factū, qd nūc dicit, pacū meū fuit cū Leui, uidelicet, q; post egressum de Aegypto uenientes ad montē Sinai, ascenderūt Moyses & Aaron, Nadab & Abiu, q; erāt de tribu Leui, & septuaginta de senioribus Israhel, & uiderūt deum Israhel. Dixitq; dñs ad Moysen: Ascende ad me in montē & esto ibi, daboq; tibi tabulas lapideas & legē ac mādata quā scripsi, ut doceas filios Israhel. Hoc fuit pacū uita & pacis. Quæ aut post uitali reatū mandauit, nō ptinent ad pacū uita & pacis.

Ezech. 18. **Sacerdotalis officium.** **Ezech. 20.** **Pactū dei cū Leui.** **Exo. 24.**

Vnde apud Ezechielem haec & alia taliter distinguit. Eteci ergo eos de terra Aegypti & eduxi in desertū, & dedi eis p̄cepta mea, & iudicia mea ostendi cōs, quæ faciat homo & uiuat in eis. Deinde subsequtur. Et irritauerūt me domus Israhel in deserto, scilicet faciendo uitulū & adorando illū. In p̄ceptis meis (inqt) nō ambulauerūt & iudicia mea proicerunt quæ faciēs homo uiuet in eis. Ergo & ego dedi eis p̄cepta nō bona, & iudicia in quibus nō uiuēt. Diligēter animaduertēda sunt hæc, qualia sint p̄cepta quæ dedit ante, & qualia quæ dedit post reatū uituli, & tūc certius parebit quātū distet illud, unde collaudatur Leui dicēdo: Pactū meū fuit cū eo uita & pacis, & illud in quo gloriāt̄ sacerdotes imp̄i, p̄tabat se apud deum sic esse ut fuit Leui. Seqtur. Propter quod & ego dedi uos contemptibiles & humiles omnibus populis, sicut nō seruasti vias meas & accepisti faciem in lege. Numquid non pater vnuſ omniū nostrum? Numquid non vnuſ deus creauit nos? Quare ergo vnuſ quisq; nostrum despicit proximū suū, violans pactum patrum nostrorum? Propter quod (inqt) quoniā irritū fecistis pacū Leui, & ego dedi uos contēpribiles & humiles omnibus populis, sicut supra testatus sum dicēdo. Ecce ego projiciā uobis brachiū, & dispergā super vultū uestrū stercus solēnitati uestrā. **Accepisti faciem in lege.** **Iohann. 7.**

Et notandū quod inter omnia quæ fecerunt, non seruando uias dominil, capitulum istud imputat pro magno crimine, & accepisti faciem in lege. Hanc etem iniustiā & iniquitatē illorū, ipse dñs omniū pro nobis pauper factus expertus cōtra sermetipsum dicebat ille. Er in sabbato circūciditis hominē. Si circūcione accipit homo in sabbato, ut nō soluāt̄ leui Moysi, mihi indignamini, quia totum hominē sanū feci in sabbato. Nolite iudicare secundū faciem,

IN MALACH. PROP. CAP. I. FO. CCXXXIX.

dē faciē, sed iustū iudiciā iudicate, uidelicet, ut nō plus authoritatis in minori facto cōceda
tis Moi, propter qđ dux fuit, & iudicē sup uos illū deus cōstituit, q̄ mihi in maiori facto, p
eo q̄ ego nō iudico quenq̄, imò dico, q̄s me cōstituit iudicē aut diuisorē sup uos. Hoc em̄ ei
rat accipere faciē in lege, propter humilitatē faciei eius, facta eius, quāuis p̄clara cōtēnere, et
alterius facta minora, scilicet Moi, propter claritatē vultus eius, imp̄tuna adulatiōe ma-
gnificare & dicere. Nos scimus q̄a Moi locutus est deus, hūc aut̄ nescimus unde sit. In cō-
mūnib⁹ q̄p rebus iniquū est faciē accipere. Hinc Iacob⁹ dicit: Si dixeritis diuiti, tu sede hic
bene, pauperi aut̄ dicatis, tu sta illīc, aut̄ fede sub scabello pedum meor̄, nōne iudicatis apud
uolum ipsos, & facti estis iudices cogitationū iniquar̄. Cōtra hm̄oi iniquitatē recte inue-
bitur, dicens: Nungd nō pater unus om̄is nostrū. Nungd non deus unus creavit nos. Quare
despicit unusq; fratrē suū, uiolās pactū patrū nostrū, subauditur, q̄ ex humiliatōe deo cō-
plauerit, q̄ nō ex facie, sed ex fide amici dei facti sunt, q̄ peregrinādo in paupertate spūs terrā
nobis possidendā acquisierūt. Vide te q̄ sit incōgruū filios humiliū & peregrinoꝝ supbire
inceptione p̄sonar̄. Sequitur. ¶ Transgressus est Judas, & abominatio facta est in
Israhel t̄ in Iherusalē, q̄r contaminauit. Judas sanctificationē dñi quā dilexit, &
habuit filiā dei alieni. Disperdat dñs virū, qui fecerit hec, magistrū & discipulum
de tabernaculis Jacob, & offerentē munus dño. ¶ Parū est ad istā declamationē solū
illud respicere, qđ reuersi de Babylone in eo transgressi sunt, qđ quidā sacerdotes & levite tu-
lerūt de filiabus Chananeor̄ cæterarūq; gētiā, & de filiis suis, & cōmisuerūt se cū populis
terrarū. Parū (inq) ē illud solū respicere, qm̄ h̄c uerba sunt authoritatis propheticā uerba
sunt spūs sc̄i, ad spūalia sp & coelestia tendētis. Itaq; sicut decet maiestatē loquētis de spūali
bus, coepit sermo totus spūlibus intētus sit. Qūo habuit Judas filiā dei alieni? Q̄z ē illa fi-
lia dei alieni? Profecto lex ceremoniarū sine lege fidei filia ē dei alieni. Vbi Judas legē fidei
cōtepsit, p̄quā p̄im⁹ Abrahā deo cōplacuit, & legē ceremoniar̄ i cibis & potib⁹ & iustitiis
carnis retinuit, ibi transgressus est, & extūc habet filiā dei alieni, ex q̄ Christū occidit, q̄a quie-
qd extūc obseruare uide in cætimenīs eiusmodi nō est religio ueri dei, sed religio dei alieni
ni, abominationis & cōtaminatio sanctificatiōis dñi, quam dilexit puerſa dilectione, ut mallet
Christū occidere, q̄ sanctificationē loci uel gētis amittere secūdū timore quē finxit dicens:
Si dimittimus eū sic, uenient Romani & tollēt nostrū & locū & gentē. Disperdat (inq) dñs
virū q̄ fecerit hoc, & ita factū est. Nā dispersi sunt, tā magister q̄ discipulus, & offerēs mun⁹
āno. ita seniores q̄ poplūs, tā phariseus q̄ pontifex; disp̄i sunt iniquū, tā de terrenis q̄ de coe-
lestibus tabernaculis Iacob. At audiamus adhuc incremētū sceleris, exaggerationē crimi-
nis. Ait. ¶ Et hoc rursus fecistis. Operiebaris lachrymis altare domini fletu &
mugitu, ita vt ultra non aspiciā ad sacrificiū, nec accipiā placabile quid de manu
vestra, & die istis: Quā ob causam? Quia dominus testificatus est inter te & vxorē
pubertatis tue, quā desperisti, & hec particeps tua & vxor foederis tui. O quāta ira,
quā zeli dñi in recūdā. Hoc (inq) rursus fecistis. Ausi fuistis flere in oculis meis, ausi fuistis
mugire in auribus meis, ausi fuistis operire lachrymis altare dñi. Quāta est h̄c ira, clemen-
tissimū dñm diceret hoc fecistis, flendo & mugiendo me ad maiore iracūdā cōcitaſtis, & ita
coitatis ne ultra aspiciā ad sacrificiū, nec accipiā placabile qd de manu uelstra? Quantum
est miraculū? Quales sunt lachrymē, qualis fletus, qualis mugitus miseror̄, q̄ tā grauiter of-
fendit misericordiā dñm? Sed nō miremur. Nā istoꝝ fletus sceleratus & criminofus est, q̄a
venit de amore p̄sentis seculi, cōtemptū habēs futuri. Talis erat fletus & euilatus Esau, q̄p
pe grā diu fleuit & euilauit, donec p̄ Iacob dixerat illi. In pinguedine terrae & in ore cœli
deluper erit benedictio tua. Hinc est ira dei ira iusta, cuius iustitiae causam cōtinuo subtilē
infusuit. Dicētibus em̄ quā ob causam lachrymis noſtris offensus nō aspicies ad sacrificiū
nec accipies placabile qd de manu n̄a, respōdet & dicit: Quia dñs testificatus est inter te &
uxorē pubertatis tuae quā despexit, & haec est particeps tua & uxor foederis tui. Et est sen-
sus. Vxorē pubertatis, uxorē quā prius nouisti, tu despexisti, q̄a fidē p̄quā p̄ tuus Abrahā
deo cōplacuit, in q̄ deus patres n̄os elegit & assumptū, tu reliquisti. Nōne inter te & hm̄oi
uxorē tua deus testificatus est? Nō em̄ p̄ legem promissio Abrahæ & semini eius, ut haeres
esse mūdi, sed p̄iustitiae fidei. Siquidē q̄n credidit Abrahā deo, & reputatū est ei ad istitiam

Lucas. 1, 21

Iohann. 3, 1

Iaco. 2, 1

Hebr. 11, 1

J. Eldræ. 6, 10

Filia dei alieni,
ni, lex cæteris
moniarū si
ne fide.

Iohan. 11, 1

Ira dei in
Iudeos.

Fletus Iudeos.
sceleratus.

Gene. 27

Vxor puber-
tatis, fides A-
brahæ.

Rom. 4,
Gene. 11, 1

s & sicut

COMMENT. RUPER: ABBA. LIB.

